

LXXXVIII.

P. P. VERGERIO AL MEDESIMO (?)⁽¹⁾⁽²⁾.

[B. c. 52 B; P. c. 45 B; Ra, c. 49 B].

Firenze,
1398-9?

Niuna occupazione potrebbe riuscirti più proficua o grata di quella di celebrare le virtù del cardinale, sia perchè l'elogio è sprovvisto ad imitar le azioni lodate, sia perchè ha sempre bramato di ascoltar e dire le lodi di uomini insigni, sentendosi in tal modo avvicinato alla loro virtù.

Non si contenta però, scrivendogli, di lodarlo alla sua presenza;

anzi lo prega a considerarlo nemico dell'adulazione,

vizio che distrugge ogni amicizia e convivenza sociale.

Esprime però il giudizio, del resto generale, che mai la Chiesa abbia avuto un pastore pari in virtù a lui.

SCIO a me nichil aut^(b) ampliore fructu aut maiore voluptate fieri nunc posse quam^(c) si de virtute et laudibus tuis diccerem. esse enim non potest ut, cum aliorum egregiam vitam recognoscamus, non meminerimus nostre, et, tanquam alienae laudis emuli, benefacta, que ipsi laudamus, non usque conemur imitari. ceterum utcunque de profectu fuerit, michi certe summa voluptas est magnorum hominum laudes et dicere et audire; ita enim videor 10 michi eo propior^(d) virtuti esse quo magis virtus in aliis placet, et ita dignus esse laude, si aliorum benefacta vel letus audiero vel ipse cum admiratione laudavero. verum, cum ad te nunc scriberem, non satis dicere sum arbitratus ut de te dicerem, neque enim vacare suspicione potest laus in faciem redditia. vellem 15 itaque^(e) tuus esse, si me prorsus ab omni adulatio[n]is labe alienum iudicasses. ego vero quam sim in ceteris vitii michi conscientius, non est ut dicam, aut negem quod alterum stultitie, alterum vanitatis proprium sit; sed de assentatoribus ita profecto sentio, esse eos cum quibus neque benivolentia neque societas ulla constare possit. 20 quod cum ita sit, non est tamen ut unum pretereatur; quod quidem non tam a me dictum quam^(f) esse unam omnium sententiam existimes; non modo in hac consternatione rerum sed non fuisse unquam Ecclesiam in eo statu aut frequentia hominum aut virtute pastorum aut splendore curialium, potentia, copia, dignitate, 25 auctoritate, quin tu ante omnes prudentia, continentia, humanitate, gravitate omniumque virtutum copia, merito primus habereris.

(a) *B* P. P. V. *P* Eiusdem ad *Ra* senza titolo. (b) *B* nihil an (c) *B* quamquam
(d) *Codd.* propior (e) *P* vellemque itaque (f) *P* *Ra* non est tamen a me dictum quam

(1) A quale prelato il V. avesse a dettare questo scritto, la cui data approssimativa si desume dall'accenno all'elezione dell'antipapa Clemente VII nel 1378 (« Quid est enim ut circiter

« vigesimo anno in hoc errore volvamus? ») non si può con sicurezza precisare; ci pare però probabile che si tratti sempre del Migliorati, e quindi lo collociamo a questo posto.